Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



latere mysterii. Mouet enim me quod dixit in gente magna facta te ibi. et descendat tecum in egypti. et inde te reuocabo in fine. Quis est qui factus est in gente magna in egypto. et in fine reuocatus est. Quantum ad iacob exspectat illum de quo dici putat non uidebitur uerum. non enim reuocatus est in fine de egypto quippe qui defunctus in egypto est. Absurdum autem erit siquis in eo reuocatum dicit ad iacob. quia corpus eius reportatum est. Quod si recipiat non erit uerum. quod dns non est mortuorum sed uiuorum. Non igitur conuenit de corpore mortuo hec intelligi. sed super uiuis et uigentibus approbari. Videamus igitur ne forte ut dnm descenderitis in hunc mundum. et in gente magna. hoc est in ecclia ex gentibus facta. consummatusque omnibus ad patrem regressi. protoplasti in hac figura formetur qui in agones descendit in egypti. cum de paradysi deliciis eiectus ad huius mundi labores erumpnasque deducitur proposito sibi cum serpente certamine eum dicitur tu illi observabis caput et ipse tuum observabit calcaneum. et iterum eum admuneret dicit: quam ponam inimicitias inter te et ipsum. et inter semen tuum et semen illius. nec tamen eos in hoc certamine deserit dns sed semper cum ipsis est. complacet in abel corripit cain. inuocatus ad enoch. noe mandat in diluuio arcam salutis extruere. abraham educit de domo patris sui. et de cognatione sua. ysaac et iacob benedicit. filios israel educit ex egypto. per moysen lege litere scribit per prophas que deerant implet. hoc est cum eis in egypto. Quod autem dicit reuocabo te inde in fine hoc esse arbitror sicut supra dixim. quod in fine seculorum unigenitus filius suus psalutem mundi usque in inferna descendens. in de protoplastum reuocauit Quod enim dixit ad latronem hodie mecum eris in paradyso. hoc non illi soli dictum. sed omnibus sciis intelligere quibus in inferna descenderat In hoc igitur uerum. quia in iacob adimplebitur quod dictum est quia reuocabo te inde in fine Sed et unusquisque nrm eodem ordine atque eadem uia. egypti et agones ingreditur. et si meretur ut dns semper maneat cum eo. facit eum in gente mag